

Ōlim (*once upon a time*) erat in īnsulā Hērakleīā puer
nōmine Daimōn. Daimōn erat filius rēgis īnsulae, quī Prōteus
appellābātur. Duās sorōrēs habēbat, sed Daimōn erat mini-
mus nātū. Multī puerī in īnsulā cum Daimone lūdēbant
5 (played), sed parvus erat. Ubi amīcī cum Daimone pugnā-
bant, eum saepe superābant.

Ūnō diē, in litore (*shore*) Maris Aegaeī, Daimōn amīcī-
que nautās spectābant dum (*while*) nāvem parant. Tum nāvis
ab īnsulā ad īnsulam Naxon (*Naxos*) nāvigāvit. Nāvis magna
10 erat, sed priusquam longē nāvigāverat, subitō (*suddenly*)
quattuor serpentēs ingentēs (*huge*) ē marī in nāvem serp-
sērunt, nāvem occupāvērunt, tum nautās necāvērunt (*killed*).

Reliquī nautae militēsque in litore irātī erant. Ūnus ex
eis clāmāvit: “Multōs annōs cum serpentibus circum Hēra-
15 kleiam pugnābāmus, sed quō modō (*how*) superābimus? Ubi
ūnam serpentem necāmus, duae serpentēs ē marī serpunt.”

Post paucōs diēs, plūrēs (*more*) serpentēs vīsae sunt.
Trēs puerōs necāvērunt dum in aquā prope (*near*) lītus natant
(*were swimming*). Posterō diē, serpēs sorōrem Daimonis
20 dēvorāvit dum in litore prope aquam ambulat. Populus
perterritus erat.

Rēx Prōteus nūntiōs ad ōrāculum Apollinis in īnsulā
Delō (*Delos*) mīsit. Ōrāculum dīxit: “Iūnō serpentēs ad
īnsulam Hērakleiam mīsit quod populus Hērakleiae amīcus
25 populō Delī est, atque nautae ab īnsulā Hērakleīā ad īnsulam
Delon saepe nāvigant. Iūnō Delon ōdit quod ibi Lātōna ēdidit
(*gave birth to*) Apollinem et Diānam, filium filiamque Iovis.
Ubi hērōs fortis et clārus trāns mare ad īnsulam Hērakleiam
volābit, Hērakleiam liberābit.”

30 Prōteus populusque Hērakleiae erant miserī. Populus
clāmābat: “Ubi est vir fortis quī ad īnsulam Hērakleiam trāns
mare volābit?” Daimōn dixit amicīs: “Nāvigābō ad Graeciam
et ad īsulās Graeciae. Virum fortem petam.” Amicī risērunt
(*laughed*) ac respondērunt: “Numquam (*never*) inveniēs (*will*
35 *you find*) virum fortem quī Hērakleiam liberābit. Tam (*so*)
parvus es.” Ūnus ex puerīs, nōmine Gyās, quī erat magnus,
Daimonem supplantāvit (*tripped up*) atque eum ad terram
pepulit (*pushed*). Daimōn surrēxit (*got up*), tum pectus
(*chest*) Gyae percussit (*struck*). Gyās Daimonem iterum
40 (*again*) ad terram pepulit, tum eum percussit iterum atque
iterum, sed Daimōn sē nōn trādīdit (*did not give up*). Tandem,
Gyās surrēxit. “Sī hērōem (*hero*) umquam inveniēs, mihi
nūntiā,” dixit.

Daimōn ad rēgiam ambulāvit. Rēgem rogāvit: “Nōnne
45 liberātōrem Hērakleiae inueniam sī ad Graeciam atque ad
īsulās Graeciae nāvigābō?”

“Fīlī, puer parvus es,” Prōteus respondit. “Necesse erit
multa perīcula subīre (*undergo*). Sī tuam fortitūdinem soller-
tiamque (*and cleverness*) dēmōstrābis, tē ire (*to go*) patiar (*I*
50 *shall allow*). Certāmen (*contest*) erit inter tē et ūnum ex
militibus meis dē imprōvisō (*without warning*). Sī eum sine
armīs, aut tēlīs, aut auxiliō superābis, tē liberātōrem Hēra-
kleiae petere (*to seek*) patiar.”

Postrīdiē, Daimōn ambulābat ad oppidum ab scopulīs
55 (*cliffs*) super mare ubi sēpiās (*cuttlefish*) inter saxa (*rocks*)
captābat. Līnam portābat cum lapide (*stone*) quem ad
extrēmam (*end*) līnam adligāverat (*had tied*). Saepe, Daimōn
atque aliī (*other*) puerī sēpiās lapide lineāque ita captābant:
ubi sēpiae lapidem dēvorābant, eās ex aquā līnā trahēbant
60 (*pulled*). Hodiē, Daimōn duās sēpiās captāverat et eās amicīs
dederat.

Ubi in oppidum ambulāvit, subitō ūnus ex amicīs, quī
dē cōsiliō rēgis audīverat, clāmāvit: “Daimōn! Spectā!”



Daimōn sē vertit atque mīlitem magnum spectāvit. Milēs
65 erat armātus. Dum milēs ad Daimonem lēnte (*slowly*)
ambulat, multī puerī virīque convēnērunt atque clāmābant.
Daimōn nūllum tēlum portābat. Milēs gladium vibrāvit
(*brandished*).

Milēs Daimonem gladiō petivit (*attacked*), sed
70 Daimōn ab eō (*him*) saluit (*jumped*). Deinde, Daimōn lineam
cum lapide super suum caput lātō circulō agitāvit (*swung*).
Milēs propius (*nearer*) nōn ambulāvit. Milēs scūtum (*shield*)
suum sinistrā (*left*) manū portābat, ergō (*therefore*) Daimōn
lapidem ad dextram agitāvit. Milēs gladiō sē dēfendit, sed
75 lapis manum dextram magnā vī (*force*) percussit; tum gladius
in terram cecidit (*fell*). Milēs gladium tollere (*pick up*) nōn
audēbat (*dare*). Cucurrit (*ran*) ad alium mīlitem, quī pīlum
portābat, sed Daimōn crūra (*legs*) pedēsque (*and feet*) mīlitis
lineā involvit. Milēs cecidit. Daimōn cum celeritāte sustulit
80 (*picked up*) gladium, tum eum super mīlitem tenēbat (*held*) ac
clāmāvit: “Tē trāde! (*surrender*).” Milēs magnopere irātus erat,
sed sē trādīdit.

Tum puerī virīque magnā vōce clāmāvērunt, Dai-
monem laudāvērunt, atque dīxērunt: “Grātiās deīs immortā-
85 libus. Fortasse (*maybe*) liberātōrem Hērakleiae inveniēs.”
Prōteus erat ēlātus (*proud*). Rēx, tamen, erat etiam tristis
quod Daimōn mox discēssūrus erat (*was going to leave*).
“Vērē, fortis atque sollers es,” rēx Daimonī dīxit. “Sī liberā-
tōrem Hērakleiae invenire cupis (*want*), licet (*it is permitted*).”

90 Postea, rēx nāvem parāvit, sed nautae territī sunt. Ab
īnsulā Hērakleīā nāvigāre recūsāvērunt (*refused*). “Iūnō
serpentēs mīsīt,” dīxērunt. “Ab hāc īnsulā nāvigāre nōn licet.
Sīn (*but if*) aliquis (*someone*) ab serpentibus effugiet (*escapes*),
Iūnō irāta erit.”

95 Itaque rēx, quod fortitūdine sollertiāque Daimonis
cōnfidēbat atque populū suū liberāre cupiēbat, Daimonī

nāviculam (*small boat, sailboat*) dedit. “Nauta perītus (*skilled*) es,” rēx Daimonī dixit. “Fortasse serpentēs superābis et tandem liberātōrem Hērakleiae inveniēs. Portā hunc (*this*)
100 gladium. Neptūnus eum primō rēgī Hērakleiae dedit.”
Daimōn gladium spectāvit. In gladiō erant verba: “Fortitūdō superat.”

Postrīdiē, Daimōn nāviculam suam parāvit. Cibum aquamque comparāvit. Etiam in nāviculam magnum rēte
105 (*net*), fūnem (*rope*), atque saxum rotundum ancorae portāvit. Perticam (*pole*) gracilem (*thin*) atque rēte ab latere nāviculae super aquam ligāvit (*tied*). Ubi nāvicula parāta erat, Daimōn “Valēte,” patrī, mātrī, sorōrī, amicisque dixit.

Secundō ventō (*with a favorable wind*) ab īnsulā Hērakleīā nāvigāvit. Post breve tempus, serpēns magna in nāviculam unguibus (*with its claws*) serpsit. Serpēns duodecim (*12*) pedum longitudine erat. Faucēs (*jaws*) magnās habēbat (*had*). Daimōn gladium antiquum strīnxit (*drew*) atque serpentis latus (*side*) petīvit, sed squāmae (*scales*) dūrae erant. Tum,
115 serpentem in oculum vulnerāvit. Serpēns, irāta, faucēs aperuit (*opened*). Daimōn ab serpente salut. Prehendit (*caught hold of*) fūnem quī ad mālum (*mast*) et ad extrēmam perticam adligātus erat. Dum fūnem tenet, Daimōn, quī lēvis erat, in perticam ambulāvit. Serpēns gravis (*heavy*) post Daimonem in perticam serpsit. Subitō, pertica frācta est. Serpēns in rēte cecidit. Daimōn, tamen, quod fūnem tenēbat, nōn cecidit. Ubi iterum (*again*) in nāviculā erat, Daimōn fūnēs rētis abscīdit (*cut away*). Serpēns vehementer cōtendēbat (*struggled*), sed rēte eam involvit. In nāviculam iterum serpere nōn potuit (*could*).
125 Quod Daimōn serpentem nōn necāvit, aliae serpentēs ē marī nōn serpsērunt.

Ita servātus, Daimōn ad īnsulam Amorgon per multās īnsulās parvās nāvigābat. Ventus adversus nāviculam ad unam īnsulam parvam ēgit (*drove*). Ibi altī scopulī erant. Ven-

130 tus et aqua nāviculam ad scopulōs agēbant (*were driving*). In scopulīs Daimōn magnam cavernam spectāvit. In cavernam nāvigāvit. Ita, nāvicula in scopulōs nōn frācta est.

In cavernā, tamen, nūlla lūx (*light*) erat, sed aqua fluēbat (*flowed*). Mox, multās vōcēs (*voices*) audīvit (*he heard*). Vōcēs dīxērunt: “Cavē! (*beware*) Cavē! Cavē! Cēde! (*give up*) Cēde! Cēde!” Aqua nōn iam fluēbat, atque nāvicula cōstitit (*stopped*). Tum vōcēs dīxērunt: “Manē! (*stay*) Manē! Numquam superābis. Numquam, numquam, numquam!”

Daimōn libāmentum (*libation*) oleī Neptūnō in 140 aquam ēffūdit (*poured out*), tum Neptūnum ōrāvit (*prayed*): “Pater maris, viam dēmōstrā. Auxiliō tuō superabō.” Subitō, aliquid (*something*) in aquā prope nāviculam natāvit atque cēpit (*seized*) partem fūnis nāviculae quī in aquam ceciderat; tum nāviculam lēnte per cavernam trahēbat. Tandem, lūx erat, atque nāvicula ex cavernā vēnit (*came*). Ante 145 nāviculam, Daimōn delphīnum magnum spectāvit. In tergō (*back*) lineam albam habēbat. Delphīnus fūnem reliquit, circum nāviculam ter (*three times*) natāvit ac salutit, tum ēvānuīt. Daimōn Neptūnō grātiās ēgit (*gave thanks*), tum iterum 150 nāvigāvit.

Posteā, tempestās nāviculam diū ad longinquam (*far off*) īnsulam ēgit. Ventus atque flūctūs (*waves*) magnī erant. Parva nāvicula in saxīs prope īnsulam frācta est. Īnsula aliēna (*strange*) erat. Daimōn ad īnsulam nāvit cum gladiō antīquō. 155 Erat dēfessus (*exhausted*). In terrā firmā dormīvit.

Māne (*in the morning*), Daimōn fame (*by hunger*) ē somnō excitātus est. Circum īnsulam ambulāvit. Duōs montēs (*mountains*) vīdit (*he saw*), sed cibum nōn invēnit. Miser erat. Subitō, virum vīdit quī sēmi-equus erat. Vir eī dīxit: 160 “Chīrōn sum. Centaurus sum. Cibum aquamque petis. Venī (*come*). Tibi (*to you*) dēmōstrābō.”

Chīrōn Daimonem cibum et aquam invenire docuit. Daimōn laetus erat. In īsulā diū manēbat. Chīrōn Dai-



monem docuit fructūs et alium cibum atque fontēs aquae
165 invenire, gladiō pugnāre, peritum sagittarium (archer) esse,
ac equitare (to ride horseback). Daimōn, enim (indeed),
saepe in tergō (back) Chirōnis vehēbatur (portābatur).
Docuit Daimonem dē stēllis, tempestāte, nātūrā maris, atque
navigāre nocte (at night).

170 Erant in hāc insulā aliēnā multī satyrī atque satyriscī
(little satyrs). In silvīs habitābant. Daimōn saepe cum
satyriscīs lūdēbat. Satyrī satyriscīque similēs faunīs in Italiā
erant. Virī et puerī erant sed crūra (legs), unguās (hoofs), et
caudās (tails) caprōrum (of goats) habēbant. Etiam parva
175 cornua (horns) atque aurēs acūtōs (pointed) habēbant. Saliē-
bant ac currēbant magnā cum celeritāte. Daimonī sēmītās
(paths) sēcrētās in scopulis altis super mare dēmōstrāvērunt,
atque eum docuērunt scopulōs montēsque ascendere.

Post multōs mēnsēs (months) Chirōn Daimonī dixit:
180 “Liberātorem tuae patriae invenire dēbēs. Tē nāvem aedifi-
cāre docēbō.” Daimōn rogāvit: “Cūr (why) tam multa scīs (do
you know)?” Chirōn respondit: “Multōs virōs in multis locis
docuī. Inter meōs discipulōs erant: Herculēs, Pēleus, Iāsōn,
Aesculāpius, et Achillēs.” Daimōn admirātus est atque rogā-
185 vit: “Quis est vir potēns atque audāx quī Hērakleiam liberābit?
Ubi eum inveniam?” Chirōn respondit: “Eum inveniēs post
multōs cāsūs (adventures). Sī Herculem inveniēs, tibi auxili-
um dabit. Inter insulās Graeciae est.”

Tum Daimōn, auxiliō Chirōnis atque satyrōrum,
190 nāvem aedificāvit. Parva nāvis erat. Decem ex satyrīs cum
Daimone rēmigēs (as oarsmen) navigāre volēbant (wished).
Itaque eōs sēcum navigāre passus est (he allowed). Nōmina
sua erant: Deinos, quod sollers erat; Taxus, quī celeriter currē-
bat; Philios atque Alēthēs, semper amīcī fidī (faithful); Econ,
195 studiōsus (eager); Dexios, peritus; Aigos, nōn modo quod
nōmen Aigos significat caprum sed etiam quod Aigos scopu-



lōs celerrimē (most quickly) ascendere poterat; Kalos, qui honestus erat; dēnique Agathos atque Ameinōn qui fortēs erant.

200 “Valēte,” dixērunt, tum ab insulā nāvigāvērunt. Īnsulam Melon (Melos) petēbant. Post trēs diēs (*days*) magnam nāvem vidērunt. Nāvis magnā cum celeritāte nāvigābat. “Pirātae sunt,” Deinos dixit. Pirātae ad nāvem Daimonis nāvigābant. Daimōn parvam ĩnsulam vidit et ad eam nāvigā-

205 vit. Subitō, nūllus ventus erat. Nāvis Daimonis lēnte nāvigāvit, tum constitit, sed nāvis pirātārum cum celeritāte nāvigāvit. Servi pirātārum rēmīs (*oars*) cōtendērunt (struggled, strove). Quamquam Daimōn ac satyrī etiam rēmīs cōtendērunt, pirātae celerius (faster) nāvigābant. Īuxtā ĩnsulam, nāvis

210 pirātārum prope (near) nāvem Daimonis nāvigāvit. Tum pirātae in nāvem Daimonis saliērunt et gladiīs pugnāvērunt.

Ūnus ex pirātīs Taxum gladiō petivit (struck at), sed frūstrā. Taxus semper celerior (quicker, too quick) erat. Tandem, pirātam vulnerāvit. Dexios ūnum ex pirātīs vulnerāvit;

215 Philios ac Alēthēs alium (another) in aquam pepulērunt (pushed). Ubi ingēns pirāta Philion petivit, Alēthēs pirātam vulnerāvit. Īrātus, pirāta Alēthem necātūrus erat (was about to kill), sed Philios eum necāvit. Trēs ex pirātīs petivērunt Daimonem, qui fortiter pugnāvit. Bracchium (arm) dextrum

220 ūnius ex pirātīs atque pectus alterius vulnerāvit. Tertius pirāta Daimonem cēpit (seized). Ameinōn atque Agathos Daimonem ēripere (to rescue) volēbant, sed ab aliīs pirātīs vulnerātī erant.

Mox, pirātae satyrōs superāvērunt, tum eōs ligāvērunt,

225 unt, atque in nāve Daimonis cum satyrīs vulnerātīs reliquērunt. Daimonem ad mālum nāvis pirātārum adligāvērunt. Pirātae risērunt (laughed) et dixērunt: “Pecūniam in nāve tuā nōn invēnimus, sed tē ac tuōs satyrōs in Graeciā vēndēmus (we will sell). Pretium satyrōrum magnum erit. Nēmō satyrum

230 domī (at home) habet (has), et omnēs (all) ūnum habēre



cupiunt (want). Tū, autem, parvus es et tuum pretium parvum erit, sed fortasse (perhaps) cum gladiō tuō pretium duplum erit.”

235 Tum dux pirātārum dixit: “Puer fortis et speciē (appearance) praestāns (outstanding) est. Fortasse nōbilis est, et pater suus magnum praemium prō eō dabit.” Rogāvit Daimonem: “Quīs es, puer?” Respondit: “Daimōn.” “Quīs est pater tuus?” dux rogāvit. Daimōn nōn respondit. Dux clāmāvit: “Respondē puer!” Daimōn, tamen, nōn respondit. Tum, 240 dux eum verberāvit (whipped). Nihilōminus (nonetheless), Daimōn nōn respondit. Magnopere irātus, dux Daimonem in caput percussit. Cecidit, omnī sēnsū carēns (unconscious).

Ubi Daimōn ē somnō excitātus est, nox erat. Caput suum dolēbat. Nauseābat. Ignēs in insulā vīdit. Carnem āssam 245 (roasted) olfēcit (he smelled) atque cantum audivit. In nāve custōdēs, quī ēbrii (drunk) erant, glōriāti sunt (boasted) dē multīs nautīs quōs necāverant, atque dē aurō (gold) quod cēperant. Postea, custōdēs somniculōsī (sleepy) erant. Lūce lūnae, subitō, ex tenebris (darkness) Daimōn vīdit caput satyrī 250 quī cum diligentīā ac magnō silentiō in nāvem ascendēbat. Tum duō alia capita vīdit. Trēs satyrī, Econ, Dexios, atque Kalos, quiētē ad custōdēs appropinquāvērunt, eōrum capita percussērunt, tum quam celerrimē (as quickly as possible) fūnem quō Daimōn ligātus erat laxāvērunt. Deinde, ad 255 nāvem suam, quae prope nāvem pirātārum in ancorīs (at anchor) cōsistēbat, nāvērunt. Satyrī Daimonī explānāvērunt: “Postquam pirātae nōs ligātōs in nāve nostrā reliquerant, Deinos fūnem quō ligātus erat suis unguis scidit, ac nōs liberāvit. Dum pirātae ab insulā nāvigant atque nāvem 260 cum aurō capiunt, nostram nāvem post insulam cēlāvimus (hid).” Daimōn satyrīs grātiās ēgit. Tum, lēni ventō, ab eō locō ad insulam Delon nāvigāvērunt.

Postrīdiē, magnus ventus erat, itaque nāvis ad insulam Delon magnā cum celeritāte nāvigābat. Daimōn satyrīs dixit:

265 “Ōrāculum Delī rogābimus: ‘Ubi est Herculēs?’” Ubi prope
īnsulam Delon nāvīgāvērunt, Iūnō, quod irāta erat, tempestā-
tem mīsit. Nāvis ab īnsulā Delō ācta est. Māne, ventus lēnis
erat, sed Daimōn cursum āmiserat, et caelum nūbilum
(cloudy) erat. Daimōn satyrique miserī erant. Dēnique del-
270 phinōs vīdērunt. Circum nāvem natābant atque saliēbant.
Ūnus ex delphinīs magnus erat, et lineam albam in tergō
habēbat. “Neptūnus eōs nōbīs mīsit,” Daimōn dīxit. “Del-
phinus quī lineam albam habet mihi auxilium antea dedit.”
Neptūnō grātiās ēgit. Post delphinōs diū nāvīgābant.
275 Dēnique īnsulam Delon vīdērunt. Delphinī laetē (joyfully)
circum nāvem lūdēbant, tum ab eō locō nāvērunt.

Ad lītus Delī nāvīgāvērunt et nāvem subdūxērunt. Ibi
senem (old man) vīdērunt quī eīs dīxit: “Haec īnsula sacra
Apollinī est. Omnia futūra scit.” “Sī placet, bone vir, ōrācu-
280 lum Apollinis mihi dēmōstrā,” Daimōn dīxit. “Tibi dēmōn-
strābō,” senex respondit. Satyrī cum nāve manēbant dum
Daimōn ad ōrāculum cum sene ambulat.

Ubi Daimōn ad ōrāculum pervēnit (arrived), grātiās
senī ēgit. Tum, per sacerdotem templī dīxit: “Apollinem, quī
285 omnia scit atque futūra praedīcit, rogō: ‘Ubi inveniam liberā-
tōrem Hērakleiae ac Herculem, quī mihi auxilium dabit?’”
Post breve tempus, sacerdos prō Apolline respondit: “Dai-
mōn, liberātōrem Hērakleiae inveniēs ubi tibi licet (it is per-
mitted). Herculēs in īnsulā Serīphō est. Antequam eum
290 inveniēs, tibi necesse erit necāre ingentem volucrem speciē
horribilī, quae habet caput anūs (of an old woman) atque rōs-
trum (beak) vulturis. Mōrsus rōstri virōs convertit in servōs.
Nōn iam animum nec iam studium habent.”

Daimōn grātiās sacerdotī ēgit. “Valē,” dīxit: deinde
295 cum satyrīs ad īnsulam Serīphon nāvīgāvit.

Post paucōs diēs, ubi prope parvam īnsulam erant,
nāvis, mirō modō, ad hanc īnsulam contrā ventum trahēbatur

(was being drawn). Subitō, magna umbra (shadow) nāvem
tēxit (covered). Lūx sōlis obscurāta est quasi nimbō (cloud).
300 Caelum spectāvērunt. Ibi volucrem ingentem (huge) cum ālis
(wings) magnīs vīdērunt. Māior (larger) quam nāvis erat.
Unguēs ingentēs, rōstrum aēneum (bronze), atque caput anūs
habēbat, vultū (face) terribilī et speciē horribilī.

Tum, nāvis in litus insulae trahēbātur. Ibi multās nāvēs
305 in litore vīdērunt, sed nēmō in eis erat. Volucris ad eōs volāvit
atque Aigon, Kalon, Ameinonemque petīvit, sed saluērunt
magnā cum celeritāte. Ita, mōnstrum vitāvērunt (avoided).
Statim, Daimōn ac omnēs satyrī inter arborēs cucurrērunt ubi
salvī erant.

310 Posteā, dum inter arborēs ambulat, multōs servōs
miserōs vīdērunt quī in agrīs labōrābant. Volucris super eōs
volāvit ululāns (screeching, shrieking) atque eōs terruit. Ubi
mōnstrum vīdit ūnum ex servīs quī lēnte labōrābat, quod
dēfessus erat, eum unguibus suis vulnerāvit.

315 Deinos Daimonem rogāvit: “Quōmodō volucrem
necābimus? Sagittae eī nōn nocēbunt (harm) quod tantum (so
big) mōnstrum est.” “Fortasse eam arboribus necāre possu-
mus (we can),” Daimōn respondit. “Arboribus?” Agathos
rogāvit. “Quōmodō?” “Sī duās arborēs altās inflectēmus
320 (bend) atque eās ad terram adligābimus, volucrī nocēre poteri-
mus,” Daimōn respondit. Deinde, Ameinōn Agathosque
volucrem vitāvērunt dum ad nāvem currunt celerrimē atque
fūnem ad Daimonem portant. Tum omnēs satyrī duās altās
arborēs prope campum ad terram inflexērunt atque ad stir-
325 pem (trunk) tertiae arboris adligāvērunt. Daimōn sōlus in
campō stetit. Mox, volucris appāruit. Ubi Daimonem vīdit,
ad eum celerrimē dē caelō volāvit, ululāns, atque eum petīvit.
Daimōn magnā cum celeritāte inter duās arborēs cucurrit. Ubi
mōnstrum post eum prope terram volāvit, Daimōn fūnem
330 gladiō scidit. Subitō, arborēs sē coniēcērunt (snapped up),



atque volucrem magnā vī percussērunt. Volucris, vulnerāta, cecidit; collum (neck) in terram frēgit; atque mortua est. Satyrī clāmāvērunt.

Deinde, servōs vocāvērunt, sed illī ad hūc nūllum animum habēbant. Postea, in cavernā, Daimōn satyrīque puerum invēnērunt quī nōndum rōstrō volucris mōrsus erat. Puer Daimonī dīxit: “Pater meus apud illōs servōs est, sed in summō monte—ubi nēmō ascendere potest sine magnā difficultāte—pōtiō (potion) sub saxō est quae servōs sānōs (well) rūsus (again) facere potest sī mōnstrum prīmō necātum est. Hoc volucris ōlim dīcēbat. Dīcēbat, autem, ‘Nēmō mē necāre potest.’”

Statim Aigos, Econ, Ameinonque scopulōs ad summum montem ascendērunt. Ibi pōtiōnem in ollā (pot, jug) sub saxō invēnērunt, tum eam ad Daimonem portāvērunt. Daimōn ac satyrī pōtiōnem servīs dedērunt. Mox illī sānī erant. Magnō cum gaudiō grātiās Daimonī satyrisque ēgērunt. Tum nāvēs suās dēdūxērunt. “Valēte” dīxērunt; atque ad patriās suās nāvīgāvērunt.

Satyrī Daimōnque suam nāvem solvērunt; deinde ad insulam Seriphon nāvīgāvērunt. Ubi ad hanc insulam pervēnērunt, Herculem in oppidō prope montem invēnērunt. Erat altus, magnō corpore, lātīs humerīs (shoulders), atque rōbustus. Magnam clāvam ac pellem (skin) leōnis gerēbat.

“Salvē, Daimōn,” Herculēs dīxit. “Dē tē audīvī. Quid petis?” “Chīrōn mē ad tē mīsīt,” Daimōn respondit. “Auxilium tuum rogō. Petō liberātōrem insulae Hērakleiae.” “Chīrōn magister meus erat atque amīcus bonus est,” Herculēs dīxit. “Tibi auxilium dabō.”

Herculēs Daimonem spectāvit, tum dīxit: “Audāx es, sed parvus. Nōndum parātus es suscipere negōtia ac perīcula quae necessāria erunt. Venī mēcum. Tē exercēbō et adiuvābō (help).”

Tum ad nāvem Daimonis ambulāvērunt. Herculēs
365 facile nāvem dēdūxit, deinde cum Daimone satyrisque nāvem
solvit. Ad Theram, longinquam īnsulam, nāvigāvērunt. “For-
tasse in Therā deum ignis, Volcānum, inveniēmus,” Herculēs
dīxit. “Arma optima (best) facit (makes). Tibi necesse est
370 pilum, galeam (helmet), lōricam (breast plate) et scūtum
(shield) habēre. Volcānus sub terrā Therae nunc est, quod
terra ibi nunc calida (warm) est. Interdum (now and then)
flāmmae ex monte ērumpunt.”

Quoniam ventus secundus (following, favorable) erat,
nāvis celeriter in mari nāvigābat. “Visne (do you want) meus
375 armiger (armor bearer) esse?” Herculēs Daimonem rogāvit.
“Hylās meus armiger erat, sed eum āmīsī. Optimus (best)
amīcus meus erat.” “Illum honōrem magnopere cupiō (de-
sire),” Daimōn respondit. “Bene!” Herculēs dīxit. “Amīcus
meus et armiger es.”

380 Tandem ad īnsulam Theram pervēnērunt. Nāvem
adligāvērunt quod nūllum lītus erat. Ibi scopulī altī erant.
Tum Herculēs cum Daimone montem ascendit dum Vol-
cānum petit. Quia eum nōn vidērunt, Herculēs magnā vōce
clāmāvit: “Volcāne, tē patefac (reveal). Ubi es?” Subitō, terra
385 montis aperta est; spēlunca appāruit. Herculēs Daimonī dīxit:
“Venī mēcum.” Simul ac (as soon as) in spēluncā erant, clausa
est. In terram dēscendērunt. Tandem Volcānum vidērunt.

Volcānus erat in suā officinā (workshop) quae instruc-
ta erat fornāce atque incūde (anvil), instrumentisque. Claudus
390 (lame) erat. “Volcāne, necesse est Daimonī, amīcō meō,
galeam, lōricam, scūtum, atque pīlum habēre. Līberātōrem
Hērakleiae petit et multa negōtia perīculosa suscipiet.” “Amī-
cus Herculis arma bona meret,” Volcānus respondit. Tum,
arma idōnea Daimonī fēcit, atque eī liberē dedit. Daimōn ea
395 magnō cum gaudiō accēpit. Volcānō multās grātiās ēgit.
Deinde, Herculēs, cum Daimone, ascendit ex spēluncā, quae,

mīrō modō, iterum aperta erat. Ubi ad nāvem pervēnērunt, solvērunt, atque cum satyrīs ad Crētam nāvigāvērunt.

Meridiē, pīrātās iterum vīdērunt. Nāvis pīrātārum
400 celerrimē vēnit. Ubi prope nāvem Daimonis erant, in eam
saluērunt atque gladiīs clavisque pugnāvērunt. Dum quat-
tuor aut quīnque pīrātae cum Hercule pugnant, pīnceps pīrā-
tārum Daimonem gladiō petīvit sed galea, lōrica, ac scūtum
hunc servāvērunt. Tum Daimōn pīncepem gladiō antiquō
405 vulnerāvit. Duō pīrātae quī hoc vīdērunt Daimonem petī-
vērunt. Ūnus, magnō ictū clāvae ā tergō, Daimonem prōstrāvit
(knocked face down). “Bene!” hic pīrāta clāmāvit. “Crūra
(legs) eius tenē dum caput abscidō.” Alter pīrāta crūra Dai-
monis cēpit. Daimōn vehementer cōtendēbat, sed frūstrā.
410 Dum alter pīrāta crūra Daimonis tenet, alter pedem suum in
tergum Daimonis posuit, tum gladium ēlevāvit. Herculēs hoc
vīdit. Ad Daimonem ac duōs pīrātās celerrimē saluit. Ubi illum
petīvērunt, Herculēs eōs ūnō ictū clāvae magnā vī percussit,
atque eōs interfēcit (necāvit).

415 Herculēs nunc magnopere irātus erat. Multōs pīrātās
clāvā interfēcit. Deinde trēs pīrātae in tergum Herculis
saluērunt, sed eōsprehendit atque in aquam iēcit. Daimōn ac
pīnceps iterum pugnābant. Vulnus pīncipis nōn grave erat,
atque Daimonem interficere magnopere cupiēbat. Gladium
420 magnum nunc habēbat, quem utrisque manibus tenēbat.
Magnō ictū gladi, pīnceps Daimonem petīvit, sed Daimōn
ictum scūtō āvertit. Tum, pīnceps Daimonem in aquam
repellere cupīvit. Ubi ad Daimonem saluit, Daimōn prōcubuit
(leaned forward). Pīnceps in Daimonem incidit, tum in
425 aquam prōcidit. Interim, dum omnēs pīrātae in nāve Dai-
monis pugnant, Deinos, Taxus, Econ, Dexiosque facēs
(torches) in nāvem pīrātārum portāvērunt, atque eam incen-
dere parātī erant. Ubi pīrātae hoc vīdērunt atque pīncepem
suum in aquā spectāvērunt, sē trādidērunt.

430 Herculēs eīs dixit: “Servī nostrī estis, atque vestra nāvis
nostra nunc est. Eam rēmigābitis (row). Servī vestrī nunc
liberī sunt. Sī quisquis eōrum nōbiscum manēre cupit, licet.”

Nōnnūllī manēre cupiēbant. Inter eōs erant duō amici,
Nimiōn, quī magnus erat, ac Thoön quī minimus erat. Cēteri
435 erant Halius, Andricus, atque Atreus. Ōlim nautae fuerant,
sed pīrātae eōs cēperant ac in servitūtem redēgerant. Andri-
cus altus, fortis, et audāx erat. Halius Atreusque minorēs sed
celeriorēs erant.

Cēteris quī ad patriās suās nāvigāre cupiēbant, Dai-
440 mōn dixit: “Nāvem meam vōbīs dō. Nunc vestrās familiās
vidēre potestis.” Tum Daimōn, Herculēs, satyrī, nautaeque
nāvem pīrātārum occupāvērunt. Pīrātās ad rēmōs vinculis
(chains) adligāvērunt (manūs ad rēmōs atque pedēs ad
nāvem). Dum servī liberī in nāve Daimonis ab eīs ad patriās
445 suās nāvigant, Daimōn, Herculēs, sociique ad Crētam nāvigā-
vērunt. Nāvis vēlōcissima erat ubi ventus erat. Ubi satis venti
nōn erat, pīrātās rēmigāre cogēbant. Pīrātae irātī erant.

Mox ad Crētam pervēnērunt. Nāvem subdūxērunt
prope Hērakleion. Populus Herculem magnō cum gaudiō
450 salūtāvit. Dum satyrī ac nautae cum nāve manent, Daimōn
Herculēsque tria milia pāssuum ad urbem Gnōssum ambulā-
vērunt cum magnō comitātū virōrum ac puerōrum quī Her-
culem laudābant. Ibi, Daimōn rēgiam ingentem et pulcherri-
mam vidit. Multās porticūs longās cum columnīs rubrīs (red)
455 spectābat. Daimōn Herculēsque in rēgiam ductī sunt. Per
porticūs hortōsque ambulāvērunt. Tandem in aulam (hall,
court) magnam vēnērunt, ubi Mīnōs, rēx Crētae, in solīō
(throne) sedēbat. Rēx Herculem benignē salūtāvit. Tum Her-
culēs Daimonem intrōdūxit.

460 “Hīc nōbiscum manēte,” rēx Herculi Daimonīque
dixit. “In rēgiā nostrā habitāre vōbīs licet. Socii vestrī prope
nāvem habitābunt.” Herculi rēx dixit: “Fortasse Daimōn dē

saltātiōne (*dance*) cum taurīs audīvit. Mē dēlēctābit sī saltationem spectābitis.” Herculēs Daimōnque rēgī grātiās egērunt. In rēgiā diū manēbant et saepe saltātiōnem spectābant.

Multōs mēnsēs (*months*) Herculēs Daimonem docuit luctārī (*to wrestle*), salire, discum iacere, atque aliōs lūdōs. Tum Herculēs eum cum vivīs taurīs in campīs exercuit. Eum cornua tenēre ac in tergum taurī salire docuit. Ubi taurus violentus erat, Herculēs taurum tenuit. Montēs autem ascendebant ubi nix (*snow*) erat, quam Daimōn numquam viderat. Spēluncam Iovis vīsītāvērunt. “Iuppiter tūtor viātōrum est,” Herculēs dixit. Tandem, Daimōn fortior atque māior erat. Optimī amīcī erant. Uterque alterum adiuvābat. Ubi alter vulnerātus aut aeger (*sick*) erat, alter eum cūrāvit.

Dum in rēgiā habitat, Daimōn saepe cum saltātōribus erat, atque multōs eōrum cognōvit. Ūnus ex eīs, Pheidos nōmine, perītissimus erat. Ūnō diē, Daimōn Herculēsque saltātiōnem spectābant. Pheidos et alii saltātōrēs in arēnā erant cum taurō ferōcissimō, quī saepe irātus erat. Ingēns erat. Longa cornua acūta habēbat. Subitō, terra tremuit. Multitūdō, perterrita, clāmāvit. Columnae rēgiae nūtāre (*sway*) coepērunt (*began*). Priusquam cecidērunt (*fell*), Herculēs pedēs suōs in spīrās (*bases*) duārum maximārum columnārum posuit. Manibus suis columnās tenuit. Ita Minōs et socii effugērunt atque servātī sunt.

Interim, taurus, magnopere irātus, violentissimus est. Solum (*ground*) pedibus ferit (*paws, strikes*). Saltātōrēs ex arēnā effugere nōn possunt, quod mūrus arēnae altissimus est, et portae arēnae clausae sunt. Taurus magnā celeritāte ad Pheidon currit. Subitō, Daimōn in arēnam salit. Ubi taurus eum videt, magnō fremitū (*roar*) ad Daimonem ruit (*rushes*). Dum taurus appropinquat, cornua dēmittit (*lowers*), sed Daimon celeriter cornuaprehendit, et in tergum taurī salit. Simul ac in tergō taurī est, sē vertit (*turns*) et cornua iterum prehen-



dit. Taurus Daimonem cum celeritate circum arēnam vehit (portat). Deinde, taurus ad mūrūm ruit quod Daimonem dēcutere (*shake off*) vult (cupit). Pheidos, autem, ad taurum currit et clāmat. Taurus eum videt, tum ab mūrō sē vertit.
500 Deinde Pheidos cornuaprehendit et—dum Daimōn sē prōclīnat—in tergum taurī salit post Daimonem, sē vertit, et brachiis (*arms*) manibusque Daimonem tenet.

Intereā multitudō effūgit inter columnās quās Herculēs tenet. Hic exitus sōlus ad salutem est. Dum taurus Daimonem Pheidonque circum arēnam vehit, terra iterum tremat. Mūrus
505 altus arēnae cadit et ceterī saltātōrēs effugiunt. Taurus, perterritus, effugere cupit. Ex arēnā salit, tum inter columnās quās Herculēs tenet cucurrit. Herculēs celeriter dē spīris columnārum in tergum taurī salit. Dum columnae et tēctum
510 (*roof*) cadunt, Daimōn, Pheidos, Herculēsque ex rēgiā vehuntur.

Taurus, iam dēfessus, cecidit sed Herculēs Daimonem et Pheidon tenuit; itaque eī nōn vulnerātī sunt. Mox Mīnōs eōs vidit. Eīs dixit eōs effugere dēbere. Existimāvit Neptūnum Crētēs punire. “Fortasse,” inquit (*he said*), “deum
515 offendimus.”

Sacerdōtēs ad Daimonem accesserunt. Eī dixerunt: “Iūnō nūntiāvit Neptūnō tē atque omnēs Crētēs eam praeferre et Neptūnum nōn diūtius cultūrōs esse (*worship*). Ergō,
520 Neptūnus irātus erat atque terram Crētae agitāvit.” “Sed hoc falsum est!” Daimōn exclāmāvit. “Neptūnum semper colō (*worship*).”

Tum sacerdōtēs responderunt Crētēs autem Neptūnum semper coluisse atque eum semper cultūrōs esse.
525 Subitō, Taxus ad Daimonem cucurrit atque eī nūntiāvit catēnās pirātārum ēvāuisse. Dēmōstrāvit pirātās nāvem occupāvisse, deinde praedam ex oppidō cēpisse, dēnique ā Crētā nāvīgāvisse. Sacerdōtēs exposuerunt Iūnōnem hoc

fēcisse. Docuērunt: “Iūnō dixit pīrātīs multum aurum in
530 īnsulā satyrōrum cēlātum esse; etiam dixit pīrātās dēbere
omnēs satyrōs aut interficere aut vēdere. Ergō hī pīrātae cum
multīs aliīs pīrātīs ad īnsulam satyrōrum nāvigāre cōnsti-
tuērunt. Itaque ā Crētā in nāve vestrā discēssērunt.”

Sacerdōtēs existimāvērunt Daimonem ac Crētēs
535 Neptūnō atque Daimonem Aeolō, deō ventōrum, sacrificāre
dēbere. Ergō, sacerdōtēs et Daimōn taurum Neptūnō sacri-
ficāvērunt. Herculēs taurum quō ipse, Daimōn, Pheidosque
ē rēgiā vectī erant cēpit; tum Daimōn hunc taurum Aeolō
sacrificāvit. Taurōs sacrificāns, Daimōn Neptūnum ōrāvit,
540 dicēns sē deum semper cultūrum esse. Daimōn etiam Aeolum
ōrāvit. Huic deō dixit sē Īnsulam Satyrōrum servāre cupire
atque sē ventī secundī cupidissimum esse.

Post sacrificium, Mīnōs ad litus cum Daimone, Her-
cule, Pheidone, Taxōque iit. Ibi nautās suōs cum reliquīs
545 satyris invēnērunt. Mīnōs Daimonī Herculi que nāvem bonam
atque multa tēla armaque dedit. Ubi solvere parātī erant,
ventus secundus mīrō modō pervēnit. Daimōn grātiās Aeolō
ēgit. Tum Herculēs, Daimōn, Pheidos (quī ūnā cum eīs nāvi-
gāre cupiēbat), satyri, atque nautae solvērunt, spērantēs sē ad
550 Īnsulam Satyrōrum ante pīrātās perventūrōs esse.

Interim, pīrātae ad īnsulam, ubi aliī pīrātae habitābant,
nāvigāvērunt. Prope litus īnsulae altam turrīm ligneam aedifi-
cāverant, similis turribus multōrum aliōrum pīrātārum hōc
tempore, ut nāvēs prōcul vidērent. Cum (when) pīrātae in hāc
555 īnsulā pīrātās quī ab Crēta nāvigāverant vidērent, laetī erant,
nam scīvērunt pīrātās in nāve amicōs esse. Itaque eōs
salūtāvērunt. Tum pīrātae quī pervēnerant exposuērunt mag-
nam praedam in Īnsulā Satyrōrum esse atque Iūnōnem ipsam
haec dixisse. Ergō, omnēs pīrātae cōsiliū cēpērunt ut illam
560 īnsulam occupārent, praedam caperent, atque satyrōs aut
interficerent aut vēderent. Statim, omnēs pīrātae (circiter D)

solvērunt; tum in quīnque nāvibus ad Īnsulam Satyrōrum
quam celerrimē nāvīgāvērunt.

Dum Daimōn, Herculēs, atque sociī in suā nāve
565 properant, magnum saxum in marī vīdērunt. In saxō, ali-
quem clāmantem vīdērunt. Ubi ad saxum pervēnērunt, nāvis
scopulum (reef) sub aquā percussit. Statim quisquis in saxō
erat ēvānuīt. Aqua in nāvem lēnte inībat. Ergō, Herculēs
cōnstituīt in aquam salīre atque in scopulō stāre ut nāvem
570 sublevāret. Dum hoc facit, satyrī nautaeque nāvem reparā-
bant. Subitō, bracchium mōnstrī ingentis, quod ā Graecis
“oktōpous” appellābātur, Herculemprehendit. Daimōn mul-
tis ictibus gladiō bracchium abscīdit. Deinde tria bracchia
octōpī Herculem implicāvērunt. Tum, ūnum bracchium mōn-
575 strī Daimonemprehendit atque eum ad suum rōstrum (beak)
et ōs (mouth) trahēbat. Daimōn gladiō oculum dextrum mōn-
strī vulnerāvit. Octōpus, irātus, ātrāmentum (ink) prōfūdīt
atque Daimonem propius rōstrum suum pressit. Daimōn—dum
iam vidēre potest—alterum oculum cum celeritāte vulnerāvit;
580 tum statim mollem (soft) locum prope rōstrum ac ōs gladiō
penitus (deeply) cōnfōdit (stabbed). Hic ictus mōnstrum inter-
fēcīt. Tum Daimōn bracchia, quae circum Herculem erant,
abscīdit. Herculēs, ita servātus, Daimonī multās grātiās ēgit.

Postquam nāvis reparāta est, iterum solvērunt. Herculēs
585 existimāvit Iūnōnem mōnstrum atque simulācrum (apparition,
spectre) in saxō mīsisse ut nāvem Daimonis tar-
dāret.

Interim, pīrātae ad Īnsulam Satyrōrum pervēnērunt.
Satyrī quī nāvēs prōcul vīderant Chīrōnī nūntiāvērunt pīrātās
590 accēdere. Chīrōn omnēs satyrōs convocāvit ut cōnsili-
um caperent. Cōstituērunt pugnāre cum pīrātis primō in
litore ut eōs ab insulā prōhibērent, sīn (but if) pīrātae sē cēdere
cogent, tum in montibus pugnāre. Igitur, multī satyrī pīrātās
prope litus exspectābant ut impetum eōrum sustinērent.

595 Pīrātae in portum īnsulae nāvigāvērunt. Servōs suōs
tantā vī rēmīs cōtendere coēgērunt ut nāvēs in litus impel-
lerentur. Hōc factō, pīrātae dē nāvibus dēsiluērunt, tum,
gladiīs strictīs, ad satyrōs prōcēdērunt. Satyrī, quī nōnnullās
fundās (slings) arcūsque (and bows) habēbant, pugnāvērunt
600 arcibus, sagittīs, lapidibusque (stones). Hoc, tamen, satis nōn
erat. Ergō, Chīrōn atque satyrī ad duōs montēs sē recēpērunt.

Pīrātae, post satyrōs currentēs, ūnum ex eīs cēpērunt
atque ab eō postulāvērunt ut sibi dēmōstrāret locum aurī.
Hoc satyrus primō dubitāvit, quod scīvīt nūllum aurum in
605 īnsulā esse, sed cum intellexeret cūr pīrātae ad īnsulam vēnis-
sent, eīs exposuit multum aurum in valle inter duōs montēs
esse, atque eōs aurum facile invenīre posse. Itaque, satyrō
relictō, ad vallem magnā cum celeritāte cucurrērunt. Aurum
diū in valle petivērunt, sed frūstrā. Ubi nox vēnit, pīrātae in
610 valle manēbant ut servārent locum ubi putābant aurum esse.
Interim, satyrī in summīs montibus manēbant. Cum ibi ventus
frīgidus esset, ignēs incendērunt.

Nocte, Daimōn, Herculēs, atque sociī suī prope Īnsu-
lam Satyrōrum pervēnērunt. Ignēs in montibus vidērunt. Ita-
615 que intellēxērunt satyrōs in montibus esse propter periculum,
nam cognōvērunt satyrōs nōn solēre in summīs montibus
nocte manēre. Existimābant pīrātās pervēnisse et fortasse aut
in campō inter portūs ac montēs aut in valle esse. Spērābant
omnēs satyrōs tūtōs (safe) esse.

620 Post īnsulam sub montēs nāvigāvērunt. Ibi scopuli
undique erant. Daimōn, tamen, satyrīque sciēbant ubi sēmitae
ā marī ad summōs montēs essent. Ergō Daimōn facem (torch)
incendit atque signum satyrīs in summīs montibus dedit. Eī
facibus signa reddidērunt.

625 Daimōn Herculi dēmōstrāvit eōs per sēmitās tēla
armaque ad summōs montēs portāre posse. In parvum litus
sub scopulis nāvem subdūxērunt. Tum Daimōn, Herculēs,

Satyri, nautaeque pila, arcus, sagittas, fundas, gladios, pauca
scuta, ac paucas galeas ad summos montes portaverunt. In
630 summis montibus circiter CC satyri erant.

Tum Chiron, Hercules, Daimon, Pheidon, nautae,
atque nonnulli satyri convenerunt ut consilium caperent.
Constituerunt ut Hercules atque satyri faucem (narrow open-
ing) vallis arboribus saxisque clauderent, tum saxa ac tela de
635 montibus ad piratas conicerentur. Existimabant alios pirata-
tas interfectos iri sed alios e valle effugituros. Igitur,
constituerunt ut Chiron Herculesque cum LXXV satyris ab
utroque monte in campum convenirent ac impetum in piratas
facerent; atque ut, eodem tempore, Daimon Pheidonque—cum tri-
640 bus nautis ac L satyris—inter piratas atque portum irent ut in
piratas impetum a tergo facerent. Constituerunt, autem, ut
nonnulli satyri mitterentur, qui servos piratarum liberarent et
cava (*holes*) in navis facerent.

Prima luce, Hercules atque multi satyri arbores saxa-
645 que in faucem vallis coniecerunt. Mox, satyri de montibus
piratas sagittis saxisque petiverunt. Tot tela saxaque a satyris
e superiore loco iacta sunt ut piratae nec pugnare nec se
defendere possent et perterriti essent. Circiter CL ex piratis
interfecti sunt. Reliqui, circiter CCCL, e valle profugerunt, sed
650 arboribus impediabantur, atque nonnulli vulnerati aut inter-
fecti sunt. Cum (when) in campum fugissent, dux piratarum
eis imperavit ut fugere desisterent. “Timetisne satyros?”
clamavit. “In nos hic in campo impetum faciant. Id facere non
audent. Sciunt nos fortiores esse!” Piratae, acie instructa,
655 impetum satyrorum expectabant.

Deinde, circiter LXXV satyri, Chirone duce, de uno
monte ac idem numerus satyrorum, Hercule duce, de
altero monte descenderunt atque convenerunt. Hoc facto,
phalangem (phalanx) fecerunt ut in piratas impetum facerent.
660 Interim, circiter L satyri cum Daimone, Pheidone, ac tribus



nautis—pirātis inscientibus—ad locum in campō inter portum et
pirātās ierunt. Nōnnulli satyrī, autem, clam (secretly) ad nāvēs
pirātārum pervēnerunt atque, paucis custodibus inventis, eōs
interfecerunt. Tum clāvibus (keys) quās invēnerunt atque
665 aliis instrumentis ferreis quae in nāvibus erant, catēnās
(chains) nōnnullōrum servōrum remōverunt et cava in nāvēs
fecerunt. Hi servi, ita liberāti, aliōs servōs liberāverunt.
Multī ad paeninsulam prope portum fugerunt ubi sē celāverunt
(hid). Reliqui servi contrā pirātās pugnāre cupiebant;
670 itaque cum Daimone et suis sociis convēnerunt ut auxiliō eis
essent.

Signō datō, Chirōn et Herculēs proelium commiserunt.
Satyrī quam plurimis sagittis telisque pirātās petiverunt,
atque nōnnullōs eōrum aut vulnerāverunt aut interfecerunt.
675 Ergō pirātae, scūta sua ante sē tenentēs gladiis strictis
(drawn), impetum in satyrōs fecerunt. Acriter pugnātum est.
Cum (although) satyrī fortissimē pugnārent, paulō cedere
coacti sunt.

Herculēs magnā vī clāvā suā pugnābat. Saepe, unō
680 ictū, aut duō aut trēs pirātās percussit ac interfecit. Tum quinque
pirātae magni ante aliōs pirātās saliērunt ut Herculem
simul gladiis peterent. Herculēs clāvā suā dēiecit petitiōnem
(thrust) ad sē ab unō pirātā coniectam (aimed). Tum, clāvā
caput pirātae percussit; itaque eum interfecit. Secundō pirātā
685 interfecit, Herculēs parvā declinatiōne corporis gladium terti
pirātae frūstrā effūgit. Quamquam bracchium Herculis gladiō
nōn graviter vulnerātum est, tamen sanguis fluēbat. Magno-
pere irātus, pirātam quī hoc fecerat petivit atque eum primō
ictū interfecit. Tum, secundō ictū, quartum pirātam percussit.
690 Reliquum pirātam, quī fugere temptābat, Herculēs celeriter
interfecit.

His rebus gestis, Herculēs conspexit parvum satyrum
pugnantem parvō gladiō contrā pirātam ingentem. Cum
pirāta esset maior ac validior satyrō, satyrus celerior erat,

695 atque magnā celeritatē salire poterat. Totiēns (everytime)
pīrāta gladiō suō satyrum petivit, satyrus ictum vitavit
(avoided) atque satyrus simul multis ictibus parvis et repetitis
pīrātam vulneravit. Tandem pīrāta tam defessus multis vul-
neribus est ut pugnare non posset; tum cecidit.

700 Duō nautae, Nimiōn et Thoōn, unā cum se contra
hostēs pugnābant. Nimiōn magnus erat. Thoōn parvus, tamen
sollers erat. Nimiōn pugnabat gladiō longō quem utrisque
manibus tenēbat. Thoōn gladiō brevī pugnabat. Hōc tempore,
magnā manū hostium circumventi erant. Tergō ad tergum
705 versō, pugnābant nē de improvīsō ā tergō peterentur. Subitō,
pīrāta magnus, ante Thoōnem stāns, gladiō magnō Nimi-
onem super caput Thoōnis petivit. Hōc visō, Thoōn suō
gladiō brevī in latus pectoris sub brachiō pīrātam graviter
vulneravit atque eum cecidit. Sed nautae, adhuc circumventi,
710 in magnō periculō erant. His visis, multi satyri, magnō satyrō
duce, manum hostium circum nautās aggressi sunt, atque eam
proturbaverunt. Ita servati, Nimiōn Thoōnque ad socios suos
rediērent.

Interim Chirōn, qui gladiō peritissimē pugnare po-
715 terat, (dum satyrōs dūcit) cum pīrātā qui etiam peritus gladiō
erat pugnabat. Chirōn parvum scūtum habēbat. Cum pīrāta
timēret nē superāretur, violentissimē multis ictibus gladiō
Chirōnem aggressus est, sed Chirōn scūtō suō impetum rettu-
dit (blocked). Ubi oportunitatem vidit Chirōn, unō ictū
720 pīrātam interfecit.

Tum duō pīrātae cum Chirōne pugnāverunt. Dum
alter ante eum pugnat, alter nunc ab latere dextrō, nunc ab
latere sinistrō, impetum fecit. Simul ac pīrāta ante Chirōnem
aggressus est, alter gladiō Chirōnem in latus dextrum vulnerā-
725 tūrus erat, sed Chirōn scūtō illum sub mentō (chin) percussit,
atque stravit (knocked down); tum eum interfecit. Interim,
alius pīrāta Chirōnem ab latere sinistrō aggressus est, sed

satyrus, quī arcum tenēbat, haec vidēns, pīrātam sagittā necāvit.

730 Interim, L ex servīs quī ab satyris liberātī erant cōstituērunt cum cōpiīs Daimonis sē coniungere. Daimōn et Pheidos nunc L satyrōs, L servōs liberātōs, ac trēs nautās sēcum habēbant. Servi liberātī gladiōs tēlaque in nāvibus invēnerant atque nunc pugnandī cupidissimī erant.

735 Subitō, Daimōn signum suis cōpiīs dedit atque, multis sagittis missis, illae ā tergō sed paulō ab latere apertō celeriter prōcurrērunt. Nōnnūllī pīrātārum sagittis aut interfectī aut vulnerātī sunt. Impetum dē imprōvisō in pīrātās tantā vī fēcērunt ut pīrātae perturbārentur. Dux pīrātārum, tamen, 740 eīs imperāvit ut duās aciēs instruerent atque bipertitō (*in two parts or divisions*) pugnārent.

Ita ancipiti proeliō diū atque ācriter pugnātum est. Daimōn suās cōpiās fortiter dūcēbat. In mediō proeliō, Daimōn ā pīrātīs strātus est et pīrāta magnus Daimonem gladiō 745 cōnfodere cōnātus est. Daimōn celeriter sē ēvolvit et ictum vitāvit (avoided). Tum, sē rūsus volvit ad gladium tantā vī ut gladius dē manū pīrātae extorqueretur. Pīrāta deinde Daimonem calcāre (trample upon, stomp on) cōnātus est, sed Daimōn manibus pedem pīrātae cēpit, pīrātam ad terram 750 traxit, et eum interfēcit.

Alii pīrātae, magnopere irātī, Daimonem interfectūrī erant. Mināciter (threateningly) clāmābant. Pheidos, intelligēns in quantō periculō Daimōn esset, manum satyrōrum ad eum locum dūxit ut Daimonem servārent. Impetum fēcērunt 755 in pīrātās quī circum Daimonem erant. Circulō factō, satyri praesidiō eī erant dum sūrgit.

Daimōn, ita servātus, satyrōs cohortātus, cuneō (wedge) factō, impetum in aciem pīrātārum dūxit. Daimōn ferōciter gladiō antiqūō ad dextram sinistramque multis ictibus hostēs petivit. Tum principem pīrātārum spectāvit, quī 760

ūnum ex satyrīs caesūrus erat. Ad suōs clāmāns, Daimōn impetum ad ducem dūxit. Dum trēs nautae atque Phaedos contrā pīrātās quī ūnā cum pīncipe erant pugnant, Daimōn pīncipem pīrātārum agressus est.

765 “Tandem tē habeō!” pīnceps clāmāvit. “Nunc moritūrus es!” Hī duō violentissimē pugnāvērunt. Pīnceps brachium Daimonis vulnerāvit sed vulnus nōn grave erat. Pīnceps, ēlātus, gladium ēlevāvit ut Daimonem interficeret. Daimōn eum in latus gladiō suō magnā vī percussit. Sanguis
770 pīncipis ex vulnere prōfūdīt. Hōc vīsō, multī pīrātae, impetō factō, ducem suum ēripuērunt priusquam interficī poterat.

Subitō, caelum sēscentibus (*countless*) avibus vulturinīs (*like vultures*) obscurātum est. Magnā celeritāte dēsuper volāvērunt, tum rōstrīs (*beaks*) satyrōs multis ictibus
775 ācerimē percussērunt. Multī satyrī vulnerātī sunt atque nōnnullī interfectī; Daimōn ac ceterī caeciter (*blindly*) volucrēs gladiis petivērunt, dum contrā pīrātās pugnant. Magnā cum difficultāte, impetum avium atque pīrātārum simul sustinēre poterant.

780 Itaque Herculēs Chironque, quī intellegēbant avēs ā Iūnōne missās esse, satyrīs imperāvērunt ut in silvās sē reciperent. Cum satyrī eō vēnissent (et Daimōn, Pheidōs, ac ceterī sociī idem fēcissent), omnēs, breve tempus, arboribus servātī sunt.

785 Deinde, Herculēs ab Apolline orāvit ut auxilium mitteret. Apollō, nōn modo quod Herculem audiverat sed etiam quod inimicitiam Iūnōnis Delonī Hērakleiaequē ulciscī volēbat, auxilium mīsīt. Subitō, caelum ac īnsula undique lūce aureā fulgēre (*shine*) coepērunt. Tum multitudō sagittārum
790 aureārum, per aerem volāns, volucrēs percutere coepit. Cum volucrēs in terram caderent, satyrī magnō gaudiō clāmāvērunt, tum impetum in pīrātās ex silvīs fēcērunt.

Acriter ūsque ad sōlis occāsum pugnātum est. Tum,

quod sōl occāsus erat, neque Iūnō avēs neque Apollō sagittās
795 mittere poterat. Adventus noctis finem pugnae fēcit. Chirōn,
Herculēs, atque cōpiae suae sēsē cum mortuis vulnerātisque
in montēs recēpērunt. Pirātae campum occupāvērunt et ibi
castra posuērunt.

Nocte, Daimōn manum servōrum liberātōrum, vesti-
800 bus pirātārum indūtis, in castra pirātārum clam dūxit, ut cōn-
silia audirent atque nōnnūllōs interficerent. In castris audivēr-
unt vōcēs pirātārum quī glōriōsē (*boastfully*) dixērunt sē
māchinam novam habēre atque illā crās contrā satyrōs ūsūrōs
esse, sed Daimōn quālis haec māchina esset invenire nōn
805 poterat. Fūrtim, Daimōn sociique circiter septendecim ex
pirātis silentiō necāvērunt sed, cum aliī (quōs cēperant inter-
ficiendī causā) clāmāvissent et pirātae omnēs excitātī essent,
Daimōn suique pugnantēs pedēs retulērunt; tum ad montēs
sē recēpērunt.

810 Primā lūce, satyri atque pirātae proelium commisēr-
unt. Deinde, in medium proelium, pirātae ballistam traxēr-
unt. Tum ballistā, multa saxa lapidēsque in aciem satyrōrum
coniēcērunt. Hōc modō multī satyri vulnerātī atque nōnnūlli
interfectī sunt. Cuneō factō, Daimōn impetum in mediam
815 phalangem hostium ad ballistam capiendam dūxit. Ācriter
pugnātum est. Cum pirāta ingēns Daimonem ā tergō caesūrus
esset, Pheidos pirātam gladiō suō cōnfōdit. Nautae apertum
spatium in mediā aciē fēcērunt, tum Daimōn, Pheidos, ceteri-
que ad ballistam pervēnērunt. Pirātās quī praesidiō ballistae
820 erant interfēcērunt; deinde ballistam in pirātās vertērunt
atque lapidēs saxaque in eam posuērunt. Ballistā tortā
(wound up), Daimōn lapidēs saxaque magnā vī in pirātās
coniēcit. Multī vulnerātī sunt. Daimōn sociique iterum
lapidēs ad pirātās ēffūdērunt.

825 Princeps pirātārum, quamquam vulnerātus erat, clā-
māvit: “Tempus nunc est aut numquam erit!” Pirātae sum-

mā vī impetum in satyrōs fēcērunt. Daimōn, Herculēs,
Chīrōn, et cēterī fortiter impetum sustinuērunt. Tandem, aciēs
pirātārum frācta est. Pirātae ad nāvēs fūgērunt. Fugientēs,
830 pirātae herbam aridam incendērunt ut satyrōs impedirent.
Dum satyrī flāmmis prōhibentur, pirātae nāvēs dēdūxērunt,
in eās ascendērunt, atque rēmīs magnā vī cōtendērunt. Satyrī
ac servī liberātī, circum flāmmās currentēs, ad portum per-
vērunt atque in utrōque litore portūs stetērunt ut nāvēs
835 spectārent.

Primō, nāvēs ab litore sine difficultāte nāvigāverunt
sed, cum quīnquāgintā passus prōgrēssae essent, lēnte in aquam
cōnsidere (*sink*) coepērunt. Satyrī atque servī liberātī magnō
gaudiō clāmāverunt. Quod aqua ibi nōn alta erat, nāvēs nōn
840 omnīnō submersae sunt. Pirātae primō attonitī (*astounded*),
tum magnopere irātī erant. Nāre nōn poterant (id quod
perpaucī pirātae aut nautae facere possunt). Itaque signi-
ficāverunt sē velle sēsē tradere. Herculēs, Daimōn, atque satyrī
ad pirātās nāverunt, nāvēs occupāverunt, pirātās ligāverunt,
845 atque (ratibus factis) eōs ad terram remōverunt. Postea, Her-
culēs atque nōnnūlli satyrōrum nāvēs reparāverunt. Deinde,
Chīrōn pirātās in servitūtem redigī atque rēmīgēs fierī iūssit.
Servōs liberātōs pirātārum nāvibus praefecit ut ad patriās
suās redirent.

850 Post paucōs diēs, omnēs nāvēs pirātārum ab insulā
nāvigāverunt. Daimōn, Pheidos, atque Herculēs circiter vīginti
diēs ibi manēbant ut vulnera satyrōrum atque vulnera sua
cūrarent. Fēliciter sua vulnera nōn gravia erant.

Deinde, Chīrōn Daimonem monuit ut ad Graeciam
855 nāvigāret atque orāculum Apollinis Delphīs cōsuleret. “For-
tasse,” inquit, “Iūnō irāta est quod pirātās auxiliō Apollinis
superāvimus; itaque nunc multa supplicia populō Hērakleiae
parat. Necessē est liberātōrem Hērakleiae mox invenīre.
Crēdō populum patris tuī in magnō periculō futurum esse.”

860 Itaque Daimōn, Herculēs, Pheidōs, nautae, ac satyrī
(Deinos, Taxus, et cēteri) nāvem solvērunt. Chīrōn ūnā cum
eīs ad Graeciam nāvigāvit quod domum suam in Monte
Pēliō vīsītāre cupiēbat. Ventō secundō celerrimē cōtend-
ērunt. Post multōs diēs, auxiliō Chīrōnis, circum Peloponnē-
865 son nāvigāvērunt, deinde in Sinum Corinthī pervēnērunt.
Mox in portum Iteae prope Delphōs nāvigāvērunt. Nāvem
adligāvērunt, tum (Chīrōne Herculeque ducibus) per vallem
inter montēs ad templum Apollinis sub Monte Parnāssō
ascendērunt. In viā sacrā ambulāvērunt; dēnique ad templum
870 pervēnērunt. Locus templi altus erat, circumclūsus montibus
altissimīs.

Per sacerdotēs Daimōn ab ōrāculō Apollinis ōrāvit ubi
liberātor Hērakleiae esset. Ōrāculum respondit populum
Hērakleiae liberātōrem vīsūrum esse sed Iūnōnem populum
875 Hērakleiae interfectūram esse. Daimōn ōrāculō grātiās ēgit;
deinde cum Hercule, Chīrōne, et cēteris ad nāvem dēscendit.

“Necesse est Hērakleiam quam celerrimē nāvigāre,”
Chīrōn dīxit. “Domum meam postea vīsītābō!”

His rēbus cōstitutis, nactī idōneam ad nāvigandum
880 tempestātem, solvērunt. Ex Sinū Corinthī nāvigantēs, circum
Peloponnēson iterum cōtendērunt sed, cum Peloponnēson
reliquissent et ad īnsulam Melon (*Melos*) prōgrederentur,
tanta tempestās subitō cōorta est ut cursum tenēre nōn pos-
sent.

885 “Crēdō Iūnōnem Aeolō persuāsisse ut hanc tempestā-
tem mitteret,” Chīrōn dīxit. Daimōn Aeolum ōrāvit. Post
paucās hōrās, secundus ventus pervēnit et cursum invēnērunt.
Cum multa mīlia pāssuum prōgrēssi essent, Hērakleiam vīdēr-
unt. Quamquam satis ventī erat, etiam rēmigāvērunt, timentēs
890 nē tardiorēs essent.

Subitō nāvis cōstitit quasi vī malā tenērētur. Magnus
ventus erat sed nāvis nōn movēbat. Satyrī rēmīs magnā vī

cōtendērunt sed frūstrā. Dum colloquuntur, magnam um-
bram māiorem quam nāvem animadvertērunt. Ad caelum
895 spectantēs, volucrem ingentem vīdērunt. Hoc mōnstrum ungui-
bus magnīs instructum erat. Circum nāvem avis volābat quasi
quendam quaereret. Cum Herculem cōspexisset, ad eum
volāvit, unguibus extentīs. Herculēs clāvā suā avem petivit
sed volucris celerius volāvit. Cum Daimōn arcum tolleret
900 atque Pheidōs ac nautae (Halius, Andricus, Atreus, Thoōn,
Nimionque) tēla coniectūrī essent, avis ad eōs tantā celeritāte
volāvit ut sē omnēs in nāvem prōicerent nē interficerentur.
Daimōn surrēxit et arcum iterum sustulit sed volucris celer-
rimē ad Daimonem volāvit. Priusquam Herculēs eum servāre
905 poterat, Daimōn unguēs acūtōs in tergum sēnsit, tum sē
contrā frigidam aquam cōtendere intellēxit. Ubi hic auxiliō
Pheidī in nāvem ascendit, volucris ad Herculem iterum volā-
vit, eum unguibusprehendit (quamquam Herculēs contrā
volucrem pugnābat). Tum, ālās magnās plaudēns (*flapping*),
910 Herculem sustulit atque in caelum volāvit.

Daimōn miserrimus erat. Amīcum suum servāre cupiē-
bat sed hoc nullō modō facere poterat. “Nōlī Neptūnī obli-
vīscī,” Chīrōn eum monuit. Daimōn piē et studiōsē orāvit ut
Neptūnus auxiliū mitteret. Subitō, ex undīs, caput equī
915 deinde corpus apparuit. Equus magnus et albus erat atque
ālās fortissimās habēbat. In nāvem volāvit, tum ibi stetit.
Frēna (*bridle*) aurea gerēbat et, circum collum, arcus ac phare-
tra cum sagittīs aureīs pendēbant. “Neptūnus nōn modo deus
maris est,” Chīrōn dixit, “sed etiam creātor equōrum. Vērē
920 auxiliū tibi dedit.”

Grātiās Neptūnō agēns, Daimōn equum cōnscendit.
Cum Daimōn equum incitāvisset, ab eō in aerem sublevātus est.
Ubi Daimōn dēspexit, nāvis minor atque minor vidēbātur.
Equus celerrimē in caelum volāvit ad volucrem Herculemque,
925 quī prōcul vidērī poterant.

Volucris, Herculem tenēns, ad scopulōs in marī post
Hērakleiam volābat. Daimōn equum iterum incitāvit nam
sciēbat volucrem Herculem in scopulōs acūtōs dē caelō
dēicere velle. Volucris respicere tum celerius volāre vīsa est
930 sed (cum ad īnsulam Hērakleiam appropinquāret) nōn trāns
īnsulam sed circum extrēmam partem volāvit. Deinde, cursū
versō, volucris ad rūpēs (*rocks*) post īnsulam volāvit.

Daimōn, tamen, ut Herculem servāret et priusquam
volucris ad scopulōs pervēnīret, rēctē trāns īnsulam volāvit.
935 Equus tantā celeritāte volāvit ut equus ac volucris ad scopulōs
simul appropinquārent. Priusquam volucris super scopulōs
volāre potuit, Daimōn ita equum sub volucrem rēxit ut Her-
culēs collum equī crūribus suis prehendere posset. Dum Her-
culēs hoc facit, Daimōn gladiō antiquō unguēs atque corpus
940 volucris iterum atque iterum percussit. Tandem volucris, mul-
tis vulneribus dēfessa, Herculem reliquit.

Herculēs Daimōnque, equum rēgentēs, ad oppidum
Hērakleiae volāvērunt. Dum hoc faciunt, avis irāta eōs aggrēs-
sa est. Herculēs, quī ante Daimonem prope collum equī sedēbat,
945 dixit sē equum rēgere posse ut Daimōn cum volucre pugnāre
posset. Volucris, vīribus renovātis, ad eōs iterum atque iterum
volāvit, ululāns. Primum, aggrēssa est equum—unguibus
pellem (*hide*) eius lacerāns—sed hoc nōn retardāvit equum, quī
fortiter volāre perservāvit. Tum avis Herculem corripuit
950 atque eum dētrahere cōnāta est. Daimōn iterum volucrem
gladiō petivit sed, quandocumque avem percussit, avis Hercu-
lem firmius unguibus acūtis tenuit—cutem tam vehementer
perforāns ut sanguis in tergum dēflueret. Dēnique, tōtis vīri-
bus, Daimōn tam graviter alterum crūs volucris vulnerāvit ut
955 mōnstrum Herculem relinqueret.

Avis, amēns irā, humerum (*shoulder*) Daimonis alterō
ungue comprehendit, tum—ālās plaudēns (*flapping, beating*)—
eum vehementer dē equō dētrahere coepit. Daimōn bracchiis



suīs Herculem magnā vī tenuit sed avis validior erat. Daimōn
960 sē obliquē (*sideways*) trahī sēnsit. Dēspiciēns, collēs agrōsque
Hērakleiae vīdit. Avis ālās tam violenter plausit ut Daimōn
diūtius sē tenēre nōn posset. Dē equō cāsūrus erat sed Hercu-
lēs, sē vertēns, eum sub bracchiīs cēpit atque eum firmē tenuit.
Alterā manū unguem volucris torsit (*twisted*) dōnec (*until*)
965 illa humerum Daimonis reliquit. Daimōn laetē et grātō animō in
tergum equī post Herculem iterum cōnscendit.

Dum avis lātō circulō circum eōs volat novī impetūs
faciendī causā, Daimōn ab Hercule petīvit ut sibi arcum et
ūnam sagittam daret. Cum volucris ad equum volāret, Dai-
970 mōn—arcum tendēns—sagittam conlineāvit (*aimed*), et avem
percussit, sed vulnus nōn grave erat. Avis, magnopere irāta,
latiore circulō volāvit, tum rēctē ad Daimonem et Herculem
volāre coepit, magnā vōce ululāns.

Herculēs quam celerrimē Daimonī secundam sagittam
975 dedit. Hanc sagittam magnā cum diligentīā conlineāns, Dai-
mōn volucrem in pectorem percussit. Sagitta penitus cōn-
fōdit. Avis, ululāns, in Daimonem Herculemque tam violenter
concidit ut eōs paene dē equō dēcuteret, sed vulnus volucris
mortiferum erat. Volucris, vagō cursū, ad terram cadere coepit,
980 ālās lēnte plaudēns. Tum ālae plaudere dēsiērunt (*ceased*) et, mōre
(*like, in the manner of*) saxī, avis ad terram cecidit.

Tum, Herculēs equum dē caelō rēxit ad oppidum
Hērakleiae. Super forum oppidī volāvērunt sed nēminem
vīdērunt. Clāmōrem in litore audientēs, eō volāvērunt. Cum
985 pervēnissent ac dēspexissent, vīdērunt omnēs milītēs et cēterōs
virōs puerōsque pignantēs contrā magnam multitudinem
serpentium quae in terram serpserant atque ad oppidum
accēdēbant. Propius volantēs, vidēre poterant multōs com-
primī aut dēvorārī ab irātīs et frementibus (*roaring*) serpen-
990 tibus. Celeriter, Daimōn patrem suum cōnspexit. Ille phalangem
milītum dūcēbat contrā magnum numerum serpentium quae

manum virōrum infēlicium circumveniēbant.

Mox nōnnūllae faciēs (*faces*) suspexērunt (*looked up*),
tum cēterae; tum clāmor vēnit ā virīs in terrā. Daimōn Her-
995 culēsque celeriter ad lītus dēvolāvērunt, dē equō dēscendēr-
unt, et contrā serpentēs pugnāre coepērunt. Herculēs nōnnūl-
lāsprehendit ac strangulāvit priusquam interficere poterant
fortem manum puerōrum quī baculis (*sticks*), lapidibus, cul-
trisque (*knives*) pugnābant. Daimōn per turbam virōrum ser-
1000 pentiumque cōntendit, tum ad marginem maris cucurrit ut pa-
trem inveniret. Dum currit, mare spectāvit, nam putābat sē vī-
sūrum serpentēs ē marī veniētēs prō eīs quae interfectae essent,
sed mirātus est quod serpentēs nōn iam ex aquā appāruērunt.

Tum patrem suum vīdit. Rēx Prōteus et parva manus
1005 mīlitum, circumdata serpentibus, etiam in extrēmā spē salūtis
magnā virtūte pugnābant. Aliī mīlitēs circulum serpentium
perfringere cōnābantur ad rēgem servandum, sed frūstrā. Dai-
mōn ad eōs cucurrit. Gladium antiquum vibrāns (*brandish-*
ing) atque Neptūnum invocāns, mīlitēs dubitantēs cohortātus
1010 est. Mox alii mīlitēs cum illis sē coniūnxērunt et cupidē Dai-
monem secūtī sunt. Herculēs, quī serpentēs prōhibēbat nē ad
oppidum serperent, auxiliō Daimonī esse nōn poterat. Cuneō
factō, gladiīs caedentēs, per circulum irātārum ac sībilārum
(*hissing*) serpentium perfrēgērunt. Nōn nūllae ex serpentibus,
1015 faucēs aperientēs, dentēs acūtōs et iugula (*throats*) sanguinea
(*blood red*) cum linguīs vibrantibus patefēcērunt, tum capita
complūrium mīlitum infēlicium dēvellērunt (*tore off*). Cēteri
mīlitēs gladiīs abdōmina serpentium cōnfōdērunt. Hae serpentēs
mortuae sunt, tamen aliae serpentēs agressae sunt. Ūna
1020 ex hīs Daimonem spīrīs (*coils*) cēpit, tum eum altē sublevāvit.

Daimōn gladiō squāmigerās (*scaly*) spīrās percussit,
sed frūstrā. Tamen, cum caput ingēns ad eum veniret et faucēs
magnae apertae essent, gladium sub mentō (*chin*) exēgit
(*thrust through*). Pellis mollis erat; mūcrō (*point*) gladi peni-

1025 tus iit. Magnō fremitū, serpēns Daimonem dēmīsit, tum (sē
torquēns in terrā) ē vitā excēssit.

Nunc aciēs serpentium frācta est. Daimōn (gladiō ex
serpente mortuā extractō) milītēs dūxit ad patrem, quī (auxiliō
paucōrum ex milītibus quī supererant) fortiter pugnābat.
1030 Cum Daimōn appropinquāret, serpēns ingēns (māior quam
omnēs) rēgem cēpit; eum spīris magnīs amplexa est; tum altē
super terram sublevāvit. Rēgem tenēns, serpēns, exsultāns,
caput suum levāvit—oculīs malīs et sanguineīs ārdentibus—linguā
bifurcā (*forked*) ōs lambēns (*licking*). Faucēs aperiēns, mag-
1035 nōs dentēs crūdēlēs et iugulum ingentem patefēcit; tum tantā
vōce fremuit ut omnēs milītēs perterrērentur.

Daimōn, tamen, milītēs cohortātus, impetum in ser-
pentem dūxit sed serpēns, caudam verberāns (*lashing*), nōn
nullōs interfēcit. Daimōn, milītibus clāmāns, iterum impetum
1040 dūxit. Milītēs, pilīs in latus abdomenque missīs, mōnstrum
vulnerāvērunt. Īrā ac dolōre exululāns (*roaring loudly*),
serpēns caput dēmīsit ad Daimonem milītēsque. Gladiis caput
petivērunt sed serpēns celerrimē Daimonem spīrā novā cēpit,
patrem adhūc aliīs spīris tenēns. Nunc, mōnstrum utrōsque
1045 interficere parāvit. Milītēs, omnī spē dēpositā, spectāculum
horrendum exspectābant.

Serpēns avidē rēgem spectāvit; tum faucēs crūdēlēs
aperuit ut caput rēgis dēvelleret. Daimōn, cuius manūs adhūc
liberae erant, mollem locum inter squāmās invēnit, tum cel-
1050 eriter pellem serpentis mūcrōne gladi cecidit. Magnopere
īrāta, serpēns—exululāns ac caudam vibrāns dolōre—caput dē-
traxit; oculīs malīs et sanguineīs Daimonem intuitus est
(*glared at*) obtūtū (*stare*) fūnestō (*deadly, fatal*). Tum faucēs
iterum sē aperuērunt. Daimōn vīdit magnōs dentēs (ad eum
1055 veniētēs, nitentēs (*glistening*) guttīs (*drops*) venēnī), rubram
linguam vibrantem, iugulum sanguineum. Gladium ante sē
utrisque manibus tenēns, exspectāvit dum ingentēs nārēs

(*nostrils*) mōnstrī paene super caput suum essent; tum omnibus viribus gladium ūnō suprēmō ictū in faucēs serpentis cōnfōdit. Vi ictūs suī atque impetū capitis serpentis, gladius penitus in caput iit ūsque ad capulum (*hilt*). Sanguis coccineus (*crimson*) super Daimonem prōfūdīt. Madefactus est (*he was drenched*). Magnō fremitū, cuius ēcho ā collibus reddita est, serpēns riguit (*stiffened*), tum sē relaxāvit, et ad terram mortua cecidit. Cum magnae spīrae delāpsae essent, Daimōn et rēx prōgrēssi sunt—dolentēs (*sore*) atque dēfessī, sed ab morte parsī (*spared*).

Militēs, virī, puerīque magnā vōce clāmāvērunt. Spē illātā ac redintegrātō animō, militēs impetum fēcērunt in reliquās serpentēs—multae ex quibus in mare serpere coepērunt. Cēterae interfectae sunt. Mare spectantēs, virī nāvem quae ad lītus appropinquābat animadvertērunt. Vidērunt autem serpentēs fugientēs interficī ab eīs quī in nāve erant. Daimōn Herculēsque, quī intellēxērunt hanc suam nāvem esse, cum omnibus virīs puerisque ad mare cucurrērunt ad amicōs suōs salūtandōs.

Cum illi, nāve subductā, ē nāve ēgrēssi essent, Daimōn patrī suō Chirōnem, Pheidon, nautās (Nimiōn, Thoōn, Halium, Andricum, Atreumque), atque omnēs satyrōs intrōdūxit. Exposuit, breviter, quō modō illi auxiliō sibi fuissent dum liberātōrem Hērakleiae petit. Rēx grātiās ēgit atque eōs Hērakleiam hospitēs suōs invitāvit. Chirōnī Herculi que dixit: “Adventū tam nōtissimōrum virōrum honōrāmur. Neque vestri neque auxili vestri obliviscēmur.”

Deinde, rēx nūntiāvit: “Quod ēreptī sumus ex crudēlissimō interitū, multī honōrēs dēbentur nōn modo dis immortalibus sed etiam hērōi quem deī delegērunt ad nōs liberandōs: hērōs quī clārus, fortis, magnā virtūte est et dignus grātiis nostris aeternis. Nostris oculis eum super nōs volāre in equo ālātō (*winged*) Neptūnī vidimus atque sic cōnfigere ea quae

ōrāculum praedixisset. Nōn trāns mare eum volāre et īnsulam attingere vīdimus, quod ācerrimē cum serpentibus Iūnōnis pugnābāmus, sed certē tū, Chīrōn, et cēteri in nāve fēlicem adventum vīdistis.”

1095 “Hoc vērē vīdimus,” Chīrōn respondit. “Volucris ingēns, ab Iūnōne missa, Herculem ab nāve nostrā ad hanc īnsulam attulit ut eum in scopulōs in marī post īnsulam dēiceret. Ubi Daimōn ōrāvit ut Neptūnus auxilium mitteret, deus eī dedit equum ālātum. Spectāvimus Daimonem dum
1100 equum sub volucrem rēgit et Herculem ē periculō ēripit. Deinde vīdimus volucrem utrōsque iterum atque iterum aggredi, tum ad terram cadere, vulnerātum sagittā ā Daimone missā. Vīdimus, autem, (cum avis, ā Iūnōne rēcta, Herculem ad scopulōs in marī portāret) eam circum extrēmam
1105 partem īnsulae volāre atque īnsulam ipsam vitāre. Daimōn, tamen, ut Herculem servāret, rēctē trāns Hērakleiam volāvit. Sic saeva Iūnō, cupida fātī prōhibendī, fātum iūvit. Liberātor Hērakleiae vērē clārus est per mare Aegaeum atque omnēs īnsulās: fortis apud virōs fidēlitāte ac virtūte. Fortitūdine
1110 superāvit. Iam pridem dēmōstrāvit sē hērōem esse: hodiē iterum sē hērōem praebuit. Ecce, liberātor Hērakleiae ante tē stat: filius tuus, Daimōn.”

Magnā vōce omnēs clāmāvērunt. Prōteus filium suum amplexus est. Tum ad regiam ambulāvit cum Daimone (quī equum dūcēbat) atque cum laetō Hercule, Chīrōne, et cēteris.
1115 Sollemnī sacrificiō deīs immortalibus factō, convīvium magnum honōris Daimonis causā datum est. Supplicātiō (*thanksgiving*) quīndecim diērum autem dēcrēta est. Omnēs gaudēbant atque multōs honōrēs liberātōrī reddidērunt.

1120 Cum Chīrōn, tandem, atque Herculēs, Pheidōs, nauetae, satyrīque nāvem dēdūxissent ut domum redirent, rēx Daimōnque eōs Hērakleiam saepe vīsītāre invitāvērunt. Postea, vērō, Hērakleiam amicōsque saepe vīsītābant.

Post multōs annōs, cum Chīrōn in scopulis super mare
1025 sedēret atque discipulīs suīs dē potestāte deōrum ac fortitū-
dine virōrum nārrāret, ita coepit: “Ōlim erat in īsulā Hēra-
kleiā puer nōmine Daimōn.”